



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Abbati Et Conventvi sancti Ruffi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

ac fideliter exequaris. Nos enim tecum propter necessitatem temporis specialem gratiam &c. ut in alia usque gubernes; dantes supradictis executoribus in mandatis ut injungant clero &c. usque compescendo. Præterea suffraganeis & Decano & Capitulo & nobilibus viris ministerialibus Bremensis Ecclesiæ nostris duximus litteris injungendum ut &c. in eundem ferè modum ut in alia usque in finem. Datum ut in alia.

## ARCHIEPISCOPO PATRACENSI.

Epiſt. 159.  
Vi Canonicos  
S. Ruffi institui  
tar in Ecclesia  
Patracensi.

**C**VM Ecclesia cathedralis extra civitatem posita Patracensem, occasione secularium clericorum, qui jam in ea pluries ordinati, motu demum propriæ voluntatis dereliquerunt eandem, debito servitio fraudaretur, nobis humiliter supplicasti ut licentiam instituendi conventum regularium Canonicorum in ipsa de collegio sancti Ruffi tibi concedere dignaremur: quibus ita es pollicitus providere. In primis siquidem terras eis & vineas assignabis de quibus frumentum & annona sufficiens quinquaginta & vinum sufficiens sexaginta personis percipient, sine suis laboribus aut expensis in eorum cellarium deferenda. Præterea statutæ ut eis pisces & sal ad sufficieniam sine pretio ministrentur, datus ipsi nihilominus olivetum de quo percipient oleum quod ad opus Ecclesiæ nec non etiam ad victum sexaginta sufficiat personarum; conferens eis quoque villanos trecentas gallinas, ducentas oves, triginta porcos, & centum libras cerae ipsi annualiter tributuros; in presentiarum ipsi ducentos porcos & oves largius septingentas; pro vestibus autem assignabitis eis in certis locis ducentos \* perperos annualiter persolvendos. Ceterum pro recipiendis pauperibus & hospitibus dabis eis quinquaginta carrugatas bonæ terræ, quadriginta boves, & totidem vaccas, bubullosque triginta, & tantum vineæ de qua vinum pro decem personis proveniat annualiter; assignans nihilominus eis rusticos qui sine mercede vel expensis eorum in domo sua labores exerceant universos; omnium preventuum archiepiscopatus in decimis, mortuaris, & eleemosynis eisdem mediate concessa. Quod si hæc omnia non duixerint acceptanda, dimidiabis cum eis cunctas possessiones &c. usque consuevit. Nos igitur piis ejus precibus inclinati &c. usque de consilio fratrum nostrorum hoc sibi duximus concedendum, ita nimis &c. usque regulariter eligentes, ipsum sibi vel suis representent successoribus confirmandum &c. usque eligendi. Quocirca devotionem vestram rogamus attentius & monemus, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus hujusmodi propositum prompro prossequentes favore, conventum de fratribus vestris eidem Archiepiscopo in suis descendendum expensis propter hoc assignare euretis. Datum ut in alia per totum.

ꝝ

PPP. iii

fic in se plantanda proficere, verum etiam ad alias quæ nuper sunt ad ritum Latinitatis adductæ propagationis sua palmites dilatare, de confilio fratrum nostrorum hoc tibi duximus concedendum; ita nimis ut si qui de Canonicis secularibus qui sunt ad præsens in ipsa voluerint ordinem suscipere regularem, hoc eis liberè concedatur, illis autem qui ordinem ipsum susciperem recusaverint, dummodo per continuam residentiam Ecclesiæ ipsi curaverint deferire, provideat de preventibus ejus in congrua portione. Ad hæc, præsentium auctoritate statuimus ut fratres ipsi tantum Priorem sibi regulariter eligentes, ipsum tibi vel tuis representent successoribus confirmandum, jure apud ipsos in perpetuum residente Patracensem Archiepiscopum secundum statuta canonum eligendi. Nulli ergo &c. nostræ concessionis & constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. usque incursum. Datum Laterani 11<sup>th</sup>. Kal. Novemb. pontificatus nostri anno tertiodecimo.

ABBATI ET CONVENTVI  
sancti Ruffi.

Epiſt. 160.  
Super codem.

**C**VM Ecclesia cathedralis &c. ut in alia usque fraudaretur, venerabilis frater noiter Patracensis Archiepiscopus nobis humiliter supplicavit ut licentiam &c. ut in alia usque de collegio Ecclesiæ vestrae sibi concedere dignaremur; quibus ita est pollicitus providere. In primis siquidem terras eis & vineas assignabit, de quibus &c. usque deferenda. Præterea statuet ut eis pisces &c. usque. Pro vestibus autem assignabitis eis in certis locis &c. usque pauperibus & hospitibus dabit eis quinquaginta carrugatas &c. ut in alia per totum usque acceptanda, dimidiabit cum eis cunctas possessiones &c. usque consuevit. Nos igitur piis ejus precibus inclinati &c. usque de consilio fratrum nostrorum hoc sibi duximus concedendum, ita nimis &c. usque regulariter eligentes, ipsum sibi vel suis representent successoribus confirmandum &c. usque eligendi. Quocirca devotionem vestram rogamus attentius & monemus, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus hujusmodi propositum prompro prossequentes favore, conventum de fratribus vestris eidem Archiepiscopo in suis descendendum expensis propter hoc assignare euretis. Datum ut in alia per totum.